

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Piis manibus Illustris ac Generosi Viri Dn. Wilhelmi a Calheim dicti Lohausen/  
supremi vigiliarum Praefecti, ... Dn. Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani ...  
Consiliarii intimi ...**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747413541>

Druck    Freier  Zugang





tol-24-3461







Pijs manibus  
ILLUSTRIS AC GENEROSI  
*VIRI*  
**DN. WILHELMI**  
à Calcheim dicti Lohausen /  
supremi vigiliarum Præ-  
fecti,  
*SERENISS. ac REVERENDISS.*  
*PRINCIPIS ac DOMINI,*  
**Dn. ADOLPHI FRIDERICI,**  
Ducis Megapolitani &c. Consiliarij  
intimi, rerum bellicarum Directoris, & militis  
Rostochiensium Moderatoris,  
*Sacratum à*  
**POMERANIS.**



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1640



Artis signa gerens qui Victor s̄apē  
cluebat,  
Heu! morte evictus contumula-  
tur humo.

Detleat in primis surreptum civica turba,  
Et casum hunc memori pectore quisq; notet,

*Lectio affixus f.*

M. Adamus Rubacus  
S.S. Theol. Stud.



### Sonnet.

**S**ein Nahme hatte längst den Himmel überstiegen/  
Du vñverzagter Held. Du warest weit bekande/  
Nicht nur durch deinen Muth vnd ritterliche Hand/  
Die so vielmahls dem Feind' hat pflegen obzustiegen.  
Der Feder hohes Lob kont' auch nicht seyn verschwiegen/  
Durch die dein edler Sinn vnd Himmelscher Verstand/  
Der grauen Ewigkeit sich selbst hat zugesand.  
Du suchtest wahren Ruhm durch Schreiben vnd durch kriege/  
Durch Thaten vnd durch Kunst. Nach diesem nun, O Held/  
Wirst du jetzt wiederumb dem Himmel zugestelt/  
Der dich nicht länger hat der Erden wollen gönnen.  
Vnd / da man das Gestirn des Perseus jetzt steht stehn/  
Das vñsern Augen nie ganz vnter pflegt zu gehn/  
Da wird man dich/ O Held/ hinfürs sehen können.

Philip von Guntersberg,  
Sonnet.

## Sonnet.

**S**Er Macedonier sagt bey Achilles Grabe:  
O Mensch / mehr als ein Mensch / O Prinz  
der Helden Preiß/

Dass der Poeten Fürst Homerus ausz geheiß  
Des Phœbus so gar schön dein lob beschrieben habe/  
Ist aller Welt bewußt: wodurch scheint das dich  
labe

Fortun mit ihrer Gunst: dein ruhm ist ihre Speiß.  
Also wann Opiz nun mit hohem Geist vnd fleiß  
Begabet von Natur/ der Deutschen Musen Gabe

Euch hett' / O Edler Held / Herr Lohausen beschrie-  
ben/

Wie ihr zum offtern habt die Feinde auffgerieben  
Vnd unverzagt die Brust der Kugel hingekehrt/

Wie ihr gewesen seyd der Musen Zier vnd Krone.  
So sage/ ein Deutscher recht/bey ewres Grabes Throne:  
Glückselig bistu Held/ dass Opiz dir beschert.

## Jacob Bobeser.

**E**n fati rigidi rapuit vis effera , Martis  
In castris clarum Thespiaenumq; Deum,  
Ergo depositam meritò flet corporis umbram  
Conjux , & lacrymis lumina Nata rigat;  
Ductorem mærore gemunt Mayortis alumni,  
Luctu turbantur mænia tota novo;

Ast juvat ingenti tandem statuisse dolori  
Metam, quum pia Mens patria regna subit;  
Felices animæ, nostro quibus attulit ævo  
Funeris extremam mors properata diem,  
Non illas arcus terret, nec flebilis ipsis  
Excidium Patriæ triste videre licet.  
Ast his sunt perpes requies, eterna voluptas,  
Perpetuus splendor, gaudia, risus, amor.

Lugens apposuit

Paulus Sagittarius  
Julinō Pomer.



**M**An saget / das nach dem den Eastern Thür vnd Laden  
Von Menschen auffgethan/ die nun im argen badent  
Astrea die Göttin verlassen hat die Welt/  
Vnd wieder sich gemacht ins blawen Himmels Zelt.

Man plaget/ das nach dem der Aufbund aller Helden  
Herr Lohauß nun dahin/ vnd der Natur die Schuldien  
Durch sterben hat erlege, der neun Göttinnen Schaar  
Des Rosenthals Athen verlassen habe gar.

Man plaget/ das dahin der Feinde Furcht vnd schrecken  
Vnd der den tapfern Arm nicht schwet aufzustrecken/  
Wo Kampff vnd strenge Schlachte sehr stark zu wüten  
pfleg/

Vnd daß daher auch Mars sein leid nicht bergen mag.

Otto Fleßke.

Huma-

**H**umanum in terris nihil est, quod non sit humanum.  
Avolut hinc animus, cætera sorbet humus. (dum,  
Perpetuò durat virtus, doctrinaq; rerum,  
Mens manet & virtus, cætera mortis erunt.  
Hujus conspicuum sortis das omnibus instar,  
O invictè Heros, Thespiadum quoq; Eros.  
Conderis in terrâ, unde ortus tibi, sindone tecus.  
Mens superat: cœli gaudia dia capit.

Laurentius Willichius  
Colbergæ Pomer.

**M**aximus ingenio fortisq; LOHAUSIUS Heros  
Occidit in claro, clarior ipse, loco.  
Occidit heu! plures felix qui vivere in annos  
Propter virtutum munera dignus erat.  
Munera virtutum vidit Respublica nostra,  
Hinc tantò merito nunc dolet orba virō.  
Quām cupidus fuerit vigili hujus mente salutis  
Urbis, testantur mænia, valla, fores.  
Prudens consiliis, longoq; peritus ab usu  
Hic declinabat dexteritate mala.  
Alloquio facilis, cunctis vel sponte patebat.  
Nec (mirum!) in tanto pectore fastus erat.  
Ast humanus erat, quin officiosus in omnes  
Vir præstans animi, dotibus egregiis.  
Hinc urbs nostra dolet tanto privata Patrono,  
Nec urbs sola, cohors en studio sa dolet!

Inter occupationes luctuosas  
deproperabat

Balthasar Neander P. P.

✓ 3

Sicut

**S**icut Rex Macedo ingeniosum unius Apellis  
Peniculum dignum judicat esse stilum,  
Qui nemp̄ os humerosq; Deo similem exprimat, atq;  
Det vitam in tabula, sit licet in tumulo.  
**O** invictē Heros, describi ab Apolline tantū  
Virtutes animi sic meruerere tui.  
**C**uinè Camæna dedit tantas in carmina vires,  
Ut tua condignè fortia facta canat?  
**T**e Mavors forie, dexter tibi favit Apollo,  
Viva fuitq; tuum Bibliotheca caput.  
**L**aus tua cum terra stabit, cœlog manebit,  
Nec, nisi cum mundus concideret, ipse cadet.  
**F**amq; ut in Elysio Jovis haurat gramine Jove  
Latus agas: Cineri sit levis urna, precor.

Henricus Crugerus,  
Stralsundensis.

**H**eu Rostochium! cur nunc Mavortis alumni  
Deponunt arma, & resonantia tympana condunt?  
En mortem oppetiit Dux fortis & inclytus Heros  
Wilhelm von Kaldheim/ decus & flos Martis & Artis:  
Qui proptermultas Musarum & Apollinis artes  
Dignus erat Pylios traducere molliter annos.  
Siccine fatorum fatalia numina Parcæ  
Mittitis in belli hoc Fulmen vos spicula mōrtis?  
Interea maneat te gloria, lausq; decusq;,  
Quà cœli & mundi patet hoc illustre theatrum..

ERNESTUS BÖLDIKE,  
Scargard. Pomer.

Mortem

**M**ortem cum Codro spernie qui Martius heros  
Nam Mars pro meritis digna trophya locat.  
**I**nclitus in magno quis erit si Palladis arce  
Socrate cum magno morte perire volet  
**L**auring ille suos mactat mox laudibus aquis  
Post mortem primò digna brabæ refert.  
**Q**uis TE, pro meritis sat dignè Magne LOHUSI.  
Laudabit, carus Martis & Artis amor.  
**P**one trophya TU O Ralcheim / Mars inclyte, pone.  
Laurum concedat Phœbus Apollo SU O  
Tam genèrosum animum lachrymis deflere Charondas  
Legibus inhibuit, Gloria TE decoret.

F.

Fran. Winter.

Agne Heros, si quis fueris, dum vita finebat,  
Mente mea repuo, tacitisq; examino fibris.  
Quid prohibet, tua quin torrenti facta tuumq;  
Assimilem vitæ cursum? non ille moratur  
Nec vastos scopulos, nec saxa objecta ruenti.  
Velle quidem visa est fortuna relinquere coepit,  
Quis Tua se virtus, famâ celebrante, ferebat;  
Nec tamen obtinuit. Tu contra fortior ibas,  
Clade ipsâ major. Nunc non indignus Avorum,  
In patrium rursus migras, Dux include cœlum:  
Hic Tibi præmerita cinguntur tempora lauro.

Casparus Hoyet.  
strals. Pom.

Mori

**M**ORS falee armata nullo discrimine tollit.  
Omnis; non vires, animum, nec respicit arma;  
Regem mancipio, Cresum Iro jungit & aquat  
Sava. Quis hanc tolleret, quamvis rerum omnia tentet?

Henricus Müllerus.  
A. P.



V Ere novo veluti flos suavem spargit odorem,  
Tempore at hyberno tectus jacet ac marcescit,  
Sic quoque mortalis cum primum luminis auras  
Lustrat, flos viget, ut fragrantia lilia campis :  
Confectus senio, ut fumus vanescit in auras.  
Sed veluti flores redeunt, æstu redeunte :  
Corpora sic surgent iterum terrâ rediviva.  
Quæ tibi causa igitur lugendi, ægræq; ferendi  
Uxor? Non etenim periit, præiit modo conjux,  
Apparet ut sedem tibi celso in culmine cœli.

Theodorus Mengedelius  
Grypswald. Pom.












**M**ortem cum Codro spernit qui Martius her  
Nam Mars pro meritis digna trophya  
Incliyus in magno quis erit si Palladis arce  
Socrate cum magno morte perire volet  
Lauriger ille suos mactat mox laudibus aquis  
Post mortem primò digna brabæa refert.  
**Q**uis TE, pro meritis sat dignè Magne LOHN  
Laudabit, carus Martis & Artis amor.  
**P**one trophya TU O Ralheim! Mars inclyte,  
Laurum concedat Phœbus Apollo SU O  
Tam generosum animum lachrymis deflere Cha  
Legibus inhibuit, Gloria TE decoret.

F.  
Fran



**M**Agne Heros, si quis fueris, dum vi-  
Mente mea reputo, tacitisq; exami-  
Quid prohibet, tua quin torrenti facta tu-  
Assimilem vitæ cursum? non ille moratu-  
Nec vastos scopulos, nec saxa objecta ru-  
Velle quidem visa est fortuna relinquere  
Queis Tua se virtus, famâ celebrante, fe-  
Nec tamen obtinuit. Tu contra fortior il-  
Clade ipsâ major. Nunc non indignus  
In patrium rursus migras, Dux inclute co-  
Hic Tibi promerita cinguntur tempora

Castro